

DIE XVI. JANUARI.

B. STEPHANÆ DE QUINZANIS VIRG. ORD. PRÆD.

· DUPLEX.

Oratio.

DEUS, qui beátam Stéphanam Virginem tuam, Crucifixi amóre succénsam, ejúsdem passiónis consórtem mirabíliter effecísti : præsta, quæsumus, ut ejus intercessióne et exémplo ꝛ imágini Fílii tui confórmes fieri mereámur : Qui tecum.

In j. Vesperis Memoria S. Marcelli Papæ et Mart.

Oratio.

PRECES pópuli tui, quæsumus Dómine, cleméner exáudi : ut beáti Marcélli Mártiris tui atque Pontíficis méritis adjuvémur ꝛ cujus passióne lætámur : Per.

DIE XVII. JANUARI.

S. ANTONII ABBATIS.

TOTUM DUPLEX.

Oratio.

INTERCESSIO nos, quæsumus Dómine, beáti Antónii Abbátis comméndet : ut quod nostris méritis non valémus ꝛ ejus patrocínio assequámur : Per.

DIE XVIII. JANUARI.

CATHEDRÆ S. PETRI, QUA ROMÆ PRIMUM SEDIT.

DUPLEX.

AD I. VESPERAS.

Si hoc Festum primas Vesperas habere contigerit, super Psalmos Antiphona *Iste sanctus digne*, de Comuni unius Confessoris.

Capitulum.

Eccli. 45.

DILECTUS Deo, et homínibus, cujus memória in benedictióne est : similem illum fecit in glória sanctórum.

Respon-
sorium
j. toni.

